

5.

Beiträge zum Briefwechsel Melanchthons.

Von
Dr. O. Grotewold.

Die auf den folgenden Seiten wiedergegebenen Beiträge zu dem Briefwechsel Melanchthons sind — ausgenommen das Schreiben Melanchthons vom 20. April 1545 — meines Wissens bisher noch nicht abgedruckt worden. Sie stammen aus dem Fürstlich Waldeckischen Archive, das in seinen reichen Aktenschätzen des 16. Jahrhunderts sicherlich noch viele Denkmale gleicher Art birgt, die, lange Jahre hindurch versteckt, der Veröffentlichung harren und hoffentlich auch durch die fortschreitende Ordnung der Archivalien bald wieder an das Licht gebracht werden. Trotz der guten Aussichten auf Vervollständigung der Sammlung durch neue grössere Funde glaubte ich doch, die vorliegenden Briefe schon jetzt bekannt machen zu dürfen, um dadurch einen vielleicht nicht unwillkommenen kleinen Baustein zu dem grofsen Werke der Herausgabe von Melanchthonschriften zu liefern.

Unter den vier Originale und den vier anscheinend sehr genauen, in der Kanzlei Graf Wolrads II. von Waldeck hergestellten Abschriften befinden sich sechs Schreiben Melanchthons und zwei des genannten Grafen, über den mir einige wenige Worte gestattet sein mögen. Graf Wolrad II. von Waldeck regierte von 1539—1578 allerdings nur den Eisenbergischen Teil der Grafschaft Waldeck, muss aber hinsichtlich seiner Bestrebungen für Einführung und Belebung der evangelischen Lehre als der Mittelpunkt des ganzen Landes gelten, wie er auch schon von seinen Zeitgenossen als Haupt des Hauses in Fragen der Reformation angesehen und geachtet wurde. Aus seiner umfangreichen Korrespondenz mit Reformatoren, die späteren Herausgebern und Bearbeitern lohnende Arbeit bringen dürfte, seien im folgenden zwei seiner Schreiben an Melanchthon und drei von dessen Briefen an ihn wiedergegeben. Zwar ist, wie schon bemerkt, das Schreiben vom 20. April 1545 bereits gedruckt¹⁾, aber abgesehen davon, dass es offenbar nach einer schlechten und, das beweist das Fehlen der Nachschrift, unvollständigen Vorlage wiedergegeben

1) Karl Curtze, Geschichte der evangelischen Kirchenverfassung in dem Fürstentum Waldeck (Arolsen 1850, Speyersche Buchhandlung), S. 159.

ist und deshalb schon einen Neudruck lohnt, gehört es auch eng in den Zusammenhang der übrigen Schreiben dieser Korrespondenz hinein, die zum größten Teil von der beabsichtigten Drucklegung und Herausgabe eines Katechismus des Johannes Trygophorus (Hesentreger) handeln.

Den Anfang der Reihe macht ein Schreiben Melanchthons an Justus Syringus mit einem freundlichen Geleitwort zum Antritt seiner neuen Stellung an der Schule zu Weilburg¹; an vierter Stelle steht ein Brief Melanchthons an Hermann Nell, den Sekretär, späteren Kanzler Graf Wolrads II.; den Schluss der Briefsammlung bildet ein Schreiben Melanchthons an die Gräfin Katharina von Schwarzburg, geborene Gräfin von Henneberg, die Schwiegermutter Graf Wolrads, eine eifrige und tatkräftige Beförderin der evangelischen Lehre und ihrer Diener.

Endlich sei es mir gestattet, an das Ende dieser Mitteilungen zwölf Verszeilen zu setzen, die ich in Abschrift mit der Unterschrift Phil. Mel. unter den übrigen Schreiben Melanchthons und zusammen mit einem schon veröffentlichten kurzen Gedichte des Reformators vorfand. Ich konnte diese Verse unter den bis jetzt bekannt gewordenen Gedichten Melanchthons nicht ermitteln und habe sie deshalb hier abdrucken lassen. Sollten sie indessen schon bekannt sein, so bitte ich als ein in dieser Literatur nicht allzu Bewanderter um Nachsicht und nehme einen gelegentlichen Hinweis auf den Ort der Wiedergabe sehr gern entgegen.

Melanchthon an D. Justus Syringus. (Or.)

o. J. (vielleicht 1540²) Febr. 29? (28).

S. D. Precor Deum patrem liberatoris nostri Jesu Christi,
ut adjuvet tuos labores, quos in erudienda juventute suscipis.
Ipsum quidem vitae genus, etsi vulgus eius dignitatem non in-
telligit, tamen velim te et amare et magni facere. Profecto re-
vera majus est ὀξιώμα, recte fungi munere paedagogi quam esse
purpuratum aut mitratum. Nostrae operae seminaria ecclesiae et
republicae excolunt et provehunt. Ideo tuam Spartam et ames
et ornes. Volo autem et amicitiam te nostram tueri, ego vicissim
conservabo nostrae amicitiae memoriam. Bene vale. 2 Calendis
Martii. Resscribe quam primum poteris.

Philippus Melanthon.

Egregia doctrina et virtute praedito D. magistro Justo Sy-
ringo docenti bonas literas in Weilburg amico suo.

1) Vgl. über Syringus auch die Anmerkung 5 zum zweiten Brief.

2) Nach V. Schultze, Waldecksche Reformationsgeschichte (Leipzig 1903), S. 118, Anm. 4 siedelte Syringus im Jahre 1540 nach Weilburg über.

Graf Wolrad II. an Melanchthon. (Abschrift.)

Corbach 1544 November 25.

Perpetuum in Christo foelicitatem.

Ecce mihi, Philippe omnium pie doctorum nostri seculi calculis doctissime, ut olim (si modo historiis habenda fides) Cyri illius filio accidit, qui antea quam miles patri mortem intentaret nunquam vel fari vel eloqui auditus est, tum primum cum patri mortis periculum imminere cerneret miseri flevi necessitate impellente in vocem erupit, parce exclamans regi. Nam cum sepius mecum animo ipse statuerim ad hec subinde a preceptore meo Rotgero Reinkirchio¹, M. Liborio Grammateo² nec non praeter hos ab uno atque altero amicorum monitus sim, ut aliquando D. T. epistolis aliquo inepto salutarem, semper tamen manum cohibui, non ignarus quae nostra sit balbuties et quam curta domi nostrae literarum supplex. Verum cum me et Christi honor et patriae amor dulcissimorumque amicorum Joannis Trygophori³ ecclesiastae, Joannis Haci⁴ ac doctissimi Justi Syringi⁵ memoria, quem similem Alcibiadis, ut proverbio utar, tu macte vir virtute vir, quo sis amore prosecutus, multis licet mihi argumentis perspectum sit, maxime vero ex doctissima D. T. congratulatoria epistola quam de nova sua provincia ad nostrum Justum Weilburgum dederas, eam vir ille maxima cum tui reverentia exhibuit, cognovi. Nunquam enim satis magnifice de tuis in ipsum collatis beneficiis eloqui potuit. De hoc et re et nomine Justo ut ceteras eius laudes preteream, hoc unum constantissime affirmare audeo, eum adeo gratum in patronum suum comitem Philippum de Waldeck cognatum meum extitisse, ut nec ipse comes nec liberi ipsius mihi preter jus sanguinis charissimi par in hunc clientem aut suos vix unquam referre possint. Sed quo me rapit amici memoria? Brevibus, mi Domine, quid me

1) Rötger Reinekerken, Bakkalaureus in Landau, dann lange Jahre hindurch Pfarrer zu Mengeringhausen.

2) L. Grammateus (Scriba oder Schreiber), Lehrer der Philosophie in Köln, dann Rektor des Altars und der Kapelle U. L. Frau der Altstadt zu Corbach; später Lehrer zu Wildungen, von dort als Rektor der Schule nach Corbach berufen, wo er bald nach seiner Ernennung zum Pfarrer in Sachsenberg am 25. August 1556 starb. (Vgl. L. Curtze, Geschichte des Gymnasiums zu Corbach. In: Beiträge zur Geschichte der Fürstentümer Waldeck und Pyrmont, 1. Band. 1866. S. 188.)

3) J. Trygophorus (Hefentreger), geb. 1497 zu Fritzlar, 1526 Pfarrer zu Waldeck, starb am 3. Juni 1542.

4) Kanzler Graf Philipps IV. von Waldeck-Wildungen, starb 1544 nach dem 7. März.

5) J. Syringus (Pfeifer?), geb. um 1507 zu Mengeringhausen, Prinzenerzieher und zugleich Verwaltungsbeamter Graf Philipps IV. von Waldeck-Wildungen. 1540 Leiter der Schule zu Weilburg. Starb am 21. Dezember 1542 (siehe weiter unten in diesem Schreiben).

tam audaculum¹ vel potius temerarium ut te, virum doctissimum et occupatissimum, meis ineptiis interpellam reddat, accipe: Fuit quidam hic apud nos concionator Joannes Trygophorus e Frideslaria oriundus, qui non tam ab incunabulis bonis litteris rite institutus erat quam in proiectiore etate improbo et indefesso legendi labore ac postremum Theseo Justo Syringo eruditionem mediocrem adeptus est. Is, cum scripta primariae nostrae etatis theologi D. Martini Lutheri primum in lucem prodirent, non tam huius viri scriptis innixus (ut D. T. ex confessione eius fidei que tibi transmittitur cognoscat) quam divi Pauli regulam secutus probans spiritu an ex Deo essent ac Thessalonicensium instar scripturas scrutans adeo sacrosanctum veritatis verbum amplexus est, ut D. illum Martinum permagni fecerit (id quod in re theologica profecisse sit a te scriptum memini), ac per 24 annos aut eo plures huic regiunculae in Waldeck et Wildungen fidelem verbi divini dispensatorem prestiterit. Ob quam provinciam quae mala Trygophorus noster perpassus sit (cum satius sit tacuisse quam frigide laudasse) non mearum virium erit scribere, nihil addubitans, diem illum magnum liberatoris nostri domini Jesu Christi huius viri sanctam operam in lucem producturum. Erat enim (ut tribus dicam verbis) lucerna lucens quasi sub modio posita. Hic igitur Trygophorus christianaे libertati studuit, ita tamen ut omnia ordine et decenter juxta d. Pauli prescriptum in ecclesia fierent, et licet adversae complures per annos esset valetudinis parcissimique victus adeo etiam ut interdum per integras aliquot dies uvis passis vel lacticinio vitam traduxerit, inexhausti tamen meditando, legendo ac conscribendo laboris erat. Tanta igitur sua sedulitate inter cetera catechesin² ex classicis aliquot autoribus, interdum quaedam suo marte adiiciens in usum suae fidei commissi gregis collegit. Priusquam autem operi postremam manum adhiberet, invidere nobis hunc virum fata, nam christiano homine digna morte excessit, fratrem ac aliquot liberos ex castissimo matrimonio relinquens. Hec igitur defensio, lucubratio hec cum ceteris suis opusculis consilio Haci transmissa, quoniam amicis fortuna tenuior, ut meis impensis in publicum prodiret, poste aquam³ in nonnullis parreciis per ipsum Trygophorum aliquot suis synergis copia (ne dicam surreptiva) facta sit. Ne igitur in tanta re mihi consultor essem, M. Justo Syringo id temporis Weilburgi bonas litteras profitenti libellum hunc mitto consilium

1) Die Vorlage hat auduculum.

2) Über diesen Katechismus vergleiche V. Schultze, Waldeckische Reformationsgeschichte, S. 196 und 280, sowie L. Curtze, Der älteste waldeckische Katechismus von Johannes Trygophorus (Beiträge zur Geschichte der Fürstentümer Waldeck und Pyrmont 1866, 1. Bd., S. 305 ff.).

3) Die Vorlage hat posteaque.

eius expetens, nam huius viri consilio nunquam fere male usus sum. Quae autem fuerit Justi piae memoriae in hoc sententia malim, mi Philippe, ex propriis ipsius schedis, quas mitto, legas. At, proh Deum atque hominum fidem! vix lumina operi adhibere tentavit, en carcenoma quoddam Weilburgi meum Justum ipsis Divi Thomae apostoli feriis anno salutis 42 absumpsit, magno totius literarii sodalitii tum luctu tum mole. Quare rursus a Reinhardo Trygophoro¹ Joannis fratre ac Jona² filio ac aliquot concionatoribus precibus, ut catechesin in lucem venire procurem, sollicitor. Interea et Joannes Hacus fidelissimus comitum Waldecciae consiliarius, Trygophorum et Syringorum mecenras, moritur. Solus igitur, cui hoc operis manebat, ego relictus. Quare necessitas publica, doctissime Philippe, quo tuam operam licet te novverim occupatissimum in plorem cogit, tunc votum trium amicorum scilicet Trygophori, Syringi mei et Haci idem exigit; adque precipue his de caussis, primum quod verear, Melanthon totius Germaniae nostrae decus, ne a Zoilis et omnia in diversum rapientibus me studio huius viri laborem suppressimere nobis impingatur, deinde quod videam, in frequentioribus oppidis utpote Corbachii et Wildungii catechesim palam e suggestu populo proponi, subveritus ne a gloriosulo quopiam (hec enim et autor metuebat) pie doctorum lumina nondum perpessa furtive protruderetur, quod sane haud minimum conscientiae scrupum mihi iniiceret. Tercio quod te etiam teste cognitum habeam et T. D. in eorum album quibus edendorum librorum isthic cura demandata sit, non falso judicio a nunquam pro sua doctrina et clementia preter ceteras virtutes heroicas satis laudando D. D. Ioanne Friderico principe Electore duce Saxoniae etc. ascriptum esse. Confisus ergo de tua humilitate, mi Melanthon, quam Spirae apud Doctorem illum Justum Frisonem et alias in comitiis imperialibus expertus sum, nec interim te (quod solum prestare potui) ut es omnium bonorum amore dignus, amare desii, per Christi gloriam pro tua humanitate te rogo, ut si unquam tantillum ocii tuis gravioribus suffuratus hunc libellum legere non dedigneris. Nam tuo judicio aut in vulgus prodibit aut delitescat. Si vero pro tua prudentia ut in lucem mittatur judicaveris, id velim oneris mei erga suscipias, ut fidi alicui typographo imprimenda tradatur. Quicquid id

1) 1544 Diakon in Wildungen, 1546 Pfarrer in Naumburg (Hessen), später Superintendent von Waldeck-Wildungen. 1571 dieses Amtes entsetzt, nahm er 1573 den Ruf als Pfarrer an die Neustädter Kirche zu Kassel an, wo er auch starb.

2) Geboren am 25. Juni 1525 zu Fritzlar, Lehrer in Wildungen, später (1546) Leiter der Stadtschule zu Wildungen. 1547 Pfarrer in Nieder- und Ober-Ense und Nordenbeck, zugleich Hofprediger und Vertrauter Graf Wolrads II. 1563 Superintendent von Waldeck-Eisenberg. Er starb am 17. Oktober 1580.

constiterit, bona fide meis expensis misso nuncio rependetur. Cur autem apud nostrates doctis hanc catechesin non exhibuerim, pro tua sagacitate malim divines, quam ut hiis meis nugis tua seria diutius interturbem. Nam si quid est, mi colendissime Philippe, in quo ego D. T. operam prestare possim, imperato huic Wolrad ut filio non tantum amico. Sospitet te interim Christus toti Germaniae et mente et corpore, temeritati nostrae ignosce et ubi vacaveris rescribe. Vale ex edibus nostris Corbacchii ipsis Catherinae feriis anno etc. 44.

D. T. amantissimus

Wolradt Waldecae comes.

Sed hiis doctissime vir illud te celare nolui, me hanc audiam, quod tanta unico meo marte et manu propria scripserim, ex magni illius pie memoriae Erasmi prescripto sumpsisse, quo ait, epistolam non judicari amico dignam, quam propria non exaravit manus. Iterum vale.

Clarissimo et optimo D. Philippo Melanchthoni theologo summo ac bonorum omnium amico mihi colendissimo

Wittenbergk.

Melanchthon an Graf Wolrad II. (Or.)

1544 Dezember 5.

D. S. Inclyte princeps. Etsi in hac vitae confusione et in tam multis tristibus spectaculis boni et confirmati spe consuetudinis aeternae cum filio Dei et agmine prophetarum et apostolorum non gravatim ex hac vita discedunt, tamen ecclesiae refert vivere idoneos gubernatores ut psalmus inquit: Non moriar, sed vivam et narrabo opera Domini. Itaque cum ex literis tuis intellexisse Trygophorum et Syringum decessisse, magno dolore affectus sum. Magnis enim ornamenti orbatas esse ecclesias vestras judico, eoque magis doleo, quod etsi multi sunt in ecclesiis et scholis non rudes literarum, tamen pauci sunt sanis ingeniis et recta voluntate praediti. Erant autem in Trygophoro et Syringo cum prudentia et judicii dexteritas eximia tum vero voluntas juvandae rei publicae optima et moderatio omnium actionum salutaris in gubernatione. Optarim igitur primum ecclesiae causa longiorem huius vitae usuram eis concessam esse, deinde et propter ipsorum domesticas ecclesias, conjuges et liberos. Dicerem et de meo privato dolore, horum me amicorum desiderio cruciari, nisi scirem me brevi ad eos commigraturum esse. Sed quod ad ecclesiam et illorum familias attinet, hac me consolatione sustento quod video te, ut maxime decet virum principem, intelligere et amare doctrinam veram de Deo et de filio eius, domino

nostro Jesu Christo. Curabis igitur ut pii et salutares doctores rursus tuo populo et juventuti praeificantur. Hanc curam cum scias a Deo precipue mandatam esse principibus, spero te diligenter ecclesias et scholas ornaturum esse. Nec vero quidquid melius facere gubernatores possunt. Quaecunque enim rerum publicarum mutationes incident, utile erit prius recte constitutas esse ecclesias et scholas, deinde scis et illud, viduas et orphanos maxime commendatos esse debere iis, qui ad gubernacula sedent. Haec ut commemorarem prolixius luctu et recordatione optimorum viorum motus sum; teque rogo ut veniam des prolixitati. Scriptum Trygophori nunc obiter inspexi et judico egregium et utile opus esse, ac de editione cum typographis agam, sed prius inspiciam diligentius. Munus aureum accepi, ut ago gratias cum pro benevolentia tum pro munere, quod eo fuit jucundius, quia ut aurum est nativum quod misisti ac incorruptum ita judico animum tuum sincera fide Deum colere. O magnum decus ecclesiae, princeps eruditus, pius et in bonis rebus constans. Sepe mihi venit in mentem verborum Dionis quibus laudat Marcum Antoninum imperatorem, quem philosophum vocarunt, quem ait fuisse sui similem, constantem, bonum, sine fuso et eruditum. Hae sunt magnae in principe laudes et magis expetendae, quam ulli triumphi aut opes. Verba haec sunt Dionis¹: ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο καὶ ἐν οὐδενὶ γέλωνθη· ἀγαθὸς δὲ ἦν καὶ οἰδὲν προσποίητον εἶχεν, πολλὰ γὰρ καὶ ἵπο παιδείας ὥφελήθη. Tales utinam nunc essent plures. Sed te ad hanc normam dirigere mores et vitam gaudeo, et Deum aeternum patrem domini nostri Jesu Christi, qui politici ordinis custos est et vult politias esse hospitia ecclesiarum, ex animo oro, ut te servet incolumem ac florentem, ut tua consilia regat et ad salutem publicae et tuam flectat. Bene vale. Nonis decemb. 1544.

Philippus Melanthon.

Inclyto principi ac domino domino Wolrad comiti in Waldek patrono suo summa fide colendo.

Melanchthon an Hermann Nell. (Abschrift.)

1544 Dezember 5.

S. D. Postquam respondi inclyto principi tuo, redii ad lectionem Trygophori et quo plura lego, eo magis opere delector. Video res collectas esse ecclesiae utiles et concinne distributas et dilucido genere sermonis minimeque confragoso expositas.

1) In der Ausgabe von F. W. Sturz (Leipzig 1824), Bd. 4, S. 446 (Buch 71, Kapitel 34—35).

Quare mox edendum esse librum censeo ac de editione cum typographis agam, a quibus spero heredibus munus aliquod impretrare posse, tametsi propter temporum difficultates multorum liberalitas sit restrictior. Sed liber editione et lectione dignus est, cumque principem et te videam talibus libris delectari, singulare studium in vobis esse ornandae ecclesiae judico, quod et vobis honestissimum est et populo salutare. Atque utinam plures aulae fovere ecclesias et tueri civilia ornamenta, morum censuram et doctrinam vitae necessariam, studerent. Haec cura bonorum aeternorum potior esse debebat, quam cura augendi imperia, quae nunquam diuturna fuerunt. Et servat Deus eas politias diutius quae benigniora hospitia ecclesiis et piae doctrinae praebent. Vobis igitur gratulor domum justitia et eruditione praestantem et vere colementem Deum et ex animo opto ut Deus vos servet florentes et regat. Quod vero amanter tua mihi officia defers, gratiam tibi habeo. Omnino inter nos, qui reipublicae servimus, oportebat commune et firmum foedus esse. Sepe enim privatae amicitiae bonorum prosunt negotiis publicis et ad hunc finem referenda sunt amicitiae philosophicae, hoc est quae virtutis causa contrahuntur. Vicissim igitur statues te a me vere diligi, ac de nostra amicitia et de communibus negotiis frequenter per literas colloqui poterimus, cum aliter non liceat, teque ut interdum ad me scribas oro, presertim cum tibi respublica magis nota sit, quam mihi, et interdum significare aliquid possis, quod scire nos, qui studia doctrinae gubernamus, non sit inutile. Bene vale. Nonis Decembribus 1544.

Philippus Melanchton.

Egregia prudentia et virtute predito D. Hermanno Nellen secretario principis Wolradi comitis in Waldeck, amico suo.

Graf Wolrad II. an Melanchthon. (Abschrift.)

Corbach 1545 April 6.

S. D. P. En, doctissime domine, rursum cogor meis nugis tua seria interrumpere. Quanquam enim infantiam meam in re literaria superioribus meis ad D. T. literis probe prodiderim, ita etiam, ut cum doctissimo ac sincere fidei christianaे theologo digno responso tuo adeo sim affectus, ut haud facile mihi quippiam magis cordi fuerit. Quis enim D. T. de charissimis mihi amicis, Joanne Trygophoro magistroque Justo, juditum vel absque omni adulatio[n]is (quae non unam ob causam a sanis ingenii potentiorum deterrima pestis vocitata est) suspitione prolatum vel tuam de republica nostra a vobis tam dissita paternam curam satis admiretur, ut interim de reticentia tua minime muta, de dolore quem, optime Philippe, ex

bonorum istorum virorum morte acceperis, theologum decente animi moderatione taceam, parenesis quoque de ecclesiis nostris et scholis, quoad conditor ac conservator ille omnium rerum huic dinostiae me preesse voluerit, opitulatore Christo oblivioni a me non tradetur. Attamen mecum statui D. T. ultra oneri non esse, existimans praestare optatis tacite frui, quam Philippo multorum calculis precipuo theologo meis ineptiis negotium facessere, maxime quod sperarem ex nundinis hisce Francofordianis de nonnullis certior fieri. Verum cum ipsem interdum negotiis obruar, facile de D. T. seriis occupationibus tum amice tum commode judicare possum. Nihil minus tamen ita natura comparatum videtur, quam quo eo tramite quo nostrae mentes statuerint agendae res sint. Nam inexopinato adolescens quidam, Johannes Milchling a Schonstad¹, magistri Justi foelicis memoriae non solum domesticus discipulus sed et unice charus, me obnixe rogat, ut vel unum aut alterum verbum pro commendatione ipsius ad D. T. scriberem. Quanquam autem vix aliud magis egre extorqueatur quam commendatitiae ad te tuique similes literae (instar enim alee jactate has duco), tamen cum pater huius mihi (ut ita loquar) ab incunabulis usque se hominem frugi fidumque praestiterit, nec non comiti Philippo genitori meo triginta annos aut eo plures inservierit, ut et nunc temporis idem mihi et ab officiis et a consiliis sit, preterea posteaquam juvenis hic a Justo nostro ut dixi amatus boneque indolis predicatus sit, ad haec Marpurgicae Academiae professoribus non ingratius, ut sperem, hunc olim patriae nostrae non omnino malum virum fore, non potui non D. T. pro tua quae est humanitas quam amicissime rogare, ut huic presertim tuae celeberrime famae causa Wittenbergam proficiscenti, ubi res postularit, praesidio esse velis; id mea, colendissime magister, intererit quacunque opera vel possim vel debeam de D. T. sedulo promerer. Et spero ipsum quoque Milchlingum talem se erga colendissimum suum Melanchthonem praestaturum, ut gratitudinem aliquando experiaris optimi adolescentis. His paucis vale. Christum optimum maximum precor, ut his turbulentissimis temporibus D. T. rei christiana nobisque omnibus incolumem servet. Iterum vale. Ex aedibus nostris Corbachii 6. aprilis anno 45.

Wolradt etc.

At doctissime vir, quid de Trygophori catechesi futurum expertem, pro tua ipsius prudentia, id enim pie doctorum votis optatur, et si quid in eam rem expendendum fuerit, per presentem tabellionem ut significari jubeas, quam syncerissime rogo. Vale.

1) Sohn des waldeckischen Amtmannes zu Eilhausen Johann Milchling von und zu Schönstadt, war 1568 hessischer Oberamtmann der Grafschaft Katzenelnbogen, starb 1573.

Melanchthon an Graf Wolrad II. (Abschrift.)

1545 April 20.

S. D. Illustris et inclyte domine comes. Nisi boni et sapientes gubernatores accendent et juvabunt studia suorum civium in colendis litteris, magnae tenebrae et religionis et aliarum artium secuturae sunt. Ideo preclare facis, quod rei publice et posteritatis caussa honesta ingenia nata in ditione tua ad virtutem et litteras exuscitas et invitatas. Promisi meam operam adolescenti Milchlingio huc misso. Jussi ut ad exercitia styli adjungat studium juris civilis. Ac de stylo, si ad me interdum venerit, ut jussi eum facere, meum ipsi judicium ostendam, et si quid potero rectius scribere, emendationem meam spero ei profuturam esse.

Libros Trygophori nondum totos perlegi. Hyemem enim valde occupatam habui, ac de editione deliberandum censeo presertim cum jam contentio tristissima de Coena Domini rursus exarserit, quam cum et Trygophorus attigerit, aliqui fortassis et in ipsum mortuum et in autores editionis sua fulmina missuri essent. Sed expecto rursus a Cels. T. literas et mea officia reverenter Cel. T. defero. Bene et foeliciter valeat Cel. Tua.

Datae 20. die aprilis qui est dies natalis urbis Romae anno etc. 45.

Celsitudini Tuae

Addictissimus

Philippus Melanchthon.

Aliquandiu in Academia nostra cum magna laude diligenter in literis et in regendis moribus versatus est Justus Claudius Warburgensis ac nuper gradu magisterii ornatus est. Huic prodesse Cels. Tua apud reverendissimum principem episcopum Monasteriensem posset, aut alio loco. Oro igitur ut hunc Justum Claudium respiciat ac juvet.

Illustri et inclyto D. comiti Wolrado comiti in Waldeck domino suo in observantia colendo.

Melanchthon an Graf Wolrad II. (Or.)

1547 Dezember 1.

S.D. Inclyte et generose comes. Etsi scio politicos viros multa et varia de causis nostrarum calamitatum disserere, tamen nec est alia vera causa nec aliam dicere me quisquam audit, quam peccata nostra vetera et recentia mea et aliorum ac precipue eorum inter nos qui, cum impedierint inquisitionem veritatis, pertinaciam et potentiam adversariorum confirmarunt. Quid dicam coram ex-

ponere mallem. Principes captos¹ veneror vera pietate et venerabor ubicumque ero ac pro eis vota gemens facio ad Deum quotidie. Morte eciam mea redimere ipsorum liberationem optarim si prodesse eis possem. Nec de eis male loquer ipse nec delector sermonibus aliorum, qui de eis contumeliose loquuntur, etsi ubique de duce Saxoniae captivo sermones honorificos etiam inimicorum audio. Quanquam autem magna calamitas est multarum regionum, in quibus hoc proximo anno vagati sunt exercitus, tamen nondum finis horum motuum esse videtur. Restare maius bellum ex multis conjecturis ratiocinor, quod ut Deus mitiget ardentibus cum votis oremus. Cum igitur impendens longius bellum arbitrarer, decreveram velut in secessu tantisper vivere, donec Deus vitam mihi concederet, ducebamque familiam ex Brunswiga versus Rostochium, sed cum in ducatu Luneburgensi transitus mihi non concederetur, accessi ad juga Harcinia. Inde a collegis meis hoc accersitus redii ad eos, quia in tanto communi luctu, in consuetudine veterum amicorum et in quadam umbra priorum studiorum facilius acquiescere posse videbar, quam alibi. Vox ecclesiae et scholae hic eadem est, quae fuit ante bellum, nec doctrina mutata est nec reverentia erga priores dominos. Quod vero in aula Thuringica non mansi, venia mihi danda est multis de causis. Non potui ociosus aulae convictor esse, ut vidi multos eo confugere, nec ubi aut quomodo nova schola tali tempore nondum restincto belli incendio conderetur videbam. Hic igitur ut hospites nunc quidem in hibernis sumus. [Fortassis aestus coget nos nova exilia suspicere.]² Nec dubito quin futurum sit ut proximo vere distrahamur in nova exilia. Interea qui male de nobis loquuntur ipsi has exiliorum aerumnas non sentiunt, quas nos experimus cum aegrotis familiis passim errantes. Georgium Majorem valitudo coagit ad medicos huc redire, cum tamen habeat ecclesiasticum munus in Mersburg; ubi cum filium excellenti ingenio preditum, quod omnium artium capax erat, amisisset interfectum morsu rabidi canis, ipse quoque gravi morbo laborare cepit quem a moesticia et solitudine ortum esse adparet. Nunc cum inter veteres amicos versetur, aliquantulum erigere animum cepit et paulatim convalescit. Jūdicant etiam ad doctrinae professionem prodesse huius academiae conservationem, atque utinam conservari haec academia posset, sed sustentemus nos iis consolationibus, quas ecclesiae Deus tradidit, qui jussit nos auxilium et defensionem a se petere et expectare. Bene vale inclyte et generose comes. Calendis Decembribus anno 1547.

Philippus Melanthon.

1) Landgraf Philipp von Hessen und Kurfürst Johann Friedrich von Sachsen.

2) Durchgestrichen.

Mitto carmen de proxima eclipsi solis. Iam etiam refutationem
quorundam decretorum synodi Tridentinae edo.

Incyto et generoso comiti ac domino domino Wolrado comiti
in Waldek domino et patrono suo summa observantia colendo.

Melanchthon an die Gräfin Katharina von Schwarzburg. (Or.)

1555 August 31.

Gottes gnad durch seinen Eingebornen Son Jhesum Christum
unsern Heiland und warhaftigen helffer zu not, Durchleuchte
hochgeborene gnedige furstin, E. f. g. wirt der wirdig Er Christophorus
selb berichten von der Erbschaft, von welcher wegen ehr alhie
bey Einem Erbarn Radt ansuchung gethon, und ist war, das ihm
alhie Ein Erbar Radt und andre Burger und legenten¹ von wegen
seiner fromkeit und diensts auch von wegen seines Bruders, der hie
nutzlich dienet, alles guttes gonen; aber Gerichtsachen haben
ihren weg. E. f. g. sende ich auch hiemit Ein klein Büchlin, des
titel ist: Der ordinanden Examen wie es in der Mekelburgischen
Kirchenordnung gefasst ist², und hoff E. f. g. werden ein ge-
fallen daran haben. Ich bitt auch in unterthenigkeit E. f. g. wolle
der Armen Kirchen und Schulen und der armen Pastorn gnedige
furstin und mutter sein, wie in Esaia im 49. Capitel geschriben
ist: Die Konig werden der Kirchen Nehrer sein und die Konigin
ihre Ammen. E. f. g. wolle der allmechtig gott vatter unsers
heilands Jhesu Christi, der ihm gewifslich ein ewige Kirche durchs
Evangelium und nicht anders samlet, gnediglich bewaren, sterken
und regirn. Datum ultima Augusti 1555.

E. f. g.

untertheniger

Diener

Philippus Melanthon.

DEr durchleuchten hochgeborenen furstin, frawe Catharina
furstin zu Hennenberg und Grefin zu Suartzburg etc. meiner
gnedigen furstin.

Quum ferret Deus Israëli satis
Legem, voce simul nova ac minaci,
E Sinaide rupe, proderetque

1) Wohl = Professoren.

2) Erschien 1554 in Wittenberg. Vgl. Bretschneider-Bindseil, Corpus reformatorum Tom. 23, XXVII—XXVIII.

Ipse mnemosynon sui perenne
Flammis fulgureque tonitruisque,
Illam jussit in ore habere semper,
Gestari in manibus sinuque semper,
Sermonesque acui suos docendo
Edixit, mala ne rubigo laedat
Carnalesque hebetent opiniones.
Credo, pectora nostra quod volebat
Hoc rerum pater ense sauciari.

Phil. Mel.
